



1733.

1. Ernestrantz, Iacobus Henricus Josephus : De medicina unde
verni per nuntum et patrum acquisita
2. Rieschken, Christianus Henricus : De habitu philosophiae
Trivianorum in virtutibus
3. Golling, Georgius Christopherus : De remedio p. 2 post. de
cessant. oecost. aegri in transalpinis justiciis
aegri in saltem alpinis politice adiunctis.
4. Holzschuh, Carolus Ligetius Elies : Oratione de coniunctis
A. 1558. Nominibus celebratis in quibus Pentec. IV.
Tigr. aurea bullae fuit sacra. Accedit index
diplomaticas tempore istorum coniunctionum Non
longe pronuntiatorum itenque recordio aurear
bullae exemplarium miss. et Tigris impressionum
- 5^o et 6^o Koester, Dr. David : De prima pace religiosa
Nürnbergensi

6. Mayfelerus, Joannes Gottfridus : Beurtheil der zwey
andern eisang. vi. Aus Westfalen peritus officieris au-
spasticis structure abest circa placenta.

7. Spies, Walpurgis Albertus : De jure patrini potestis-
tis circa nuptias liberorum.

1733.

1. Endler, Johannes Martinus : De jure usus fracturarii per-
chi in predictabilis locis speciatione sylvis vulgo
Pfeuhölzern.

2. Holzmann, Johannes Michael : De transachia pro re-
munda vera.

3. Kollerus, Joannes David : Veterinarium imperii consortium
inter Pridericum Austriae et Autricum Bavariae
diss. disquistorium cruentum publicum . . . sub-
mittit

3⁴ Pfuns, Christopherus Faubus: De probatione arteriarum

7. Schurzies, Martin Gottlieb: An omni pueratarum
exemplariorum quae ostene carent. Florentius manu-
versus.

5. Spissius, Jakobus Albertus: De revocatione testatorum.
Item i. primis reciprociorum

1734.

1. Freyer, Wolfgang Leibnianus: Medicorum venationis
consistitionem . . . inauguras. ad dissertationem
intitulat.

2. Krieger, Ioh. Paulus: De testamento coram parocho
et testibus testibus occasione Cap 10. X. De testamento.

3⁴. Schuler, Georgius, Curator: De vasillorum delictis
americanae foedorum ingreuitibus. 2 fasci.

4. Spissius, Jakobus Albertus: De vi undorum pectorum

282/405.

1734, 3a

18

Q. D. B. V.
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
**VASALLORVM
DELICTIS
AMMISSIONEM FEVDORVM
INGERENTIBVS**

QVAM
AVTHORITATE ET CONSENSV
MAGNIFICI
JCTORVM ORDINIS
IN
INCLVTA ACADEMIA ALTORFINA

PRO LICENTIA
SVMMAS IN VTROQVE IVRE
DIGNITATES PRIVILEGIAQVE LEGITIME
CAPESSENDI
PUBLICAE ET SOLEMNI DISQVISITIONI
EXPONET

GEORGIVS CONRADVS SCHVLER
NORIMBERGENSIS
D. LVII ANNO MDCCXXXIV.
LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.

DISSEMINATIO INAGARVLS IAVRIDI^E
S. T. N.

VASALPORA M

DEIETIS

AMISIOMENHEUROGYM

INKEPFRNIAE

SUMMA

AUTONATI ET CONSILIA

ACQUAMACI

LETONIA ORHINA

IVOLATI ACADIMIA ACADEMIA

PRO LOGOMACHIA

SUMMAS IN AERIO ONGARE

BIONATI ET PTEREGO POLITE

CALIFSENDI

HERTICAE ET ZOTEMAL DISCORNISAYA

CEORGIA CORRATANIAZER

NOKURBEGORIS

D. IATI ANNO MDCCXIX

ILLERIS MAGNI DUMELIS MELA



PRAEFATIO.

Meditanti mihi, quaenam ex penu *Juris* materia in dissertatione inaugurali tractanda sumeretur, atque post examina exantulata publice defendenteretur, offerebat se primo una *Juris* publici de delictis *Vassallorum* Imperii, quam jam inchoatam pro ingenio mei virium, utut tenuissimarum mensura, sine dubio absolvisset, nisi quaedam rationes ab ulteriori elaboratione me abalienasset. Deinde incidi in hanc materiam de delictis *Vassallorum*, utputa inferiorum, amissionem feudorum ingerentibus. Sed praecipiendum mihi videtur, ne quispiam me accuset iniquae opinionis. quasi statuentis, *Vassallo* cuiusdam delicti reo sine ulla prævia cognitione feudum adimi, quanquam nonnulli legum feudalium interpretes, in notoriis delictis, dominis privatam autoritatem concedunt. Enim vero mearum tantum partium fuit, demonstrare, quaenam sint delicta, quae *Vassallos* feudi possessione indignos reddant. Aliam vero tractationem requirit *Judicium Parium*, in quo, *Vassallo* auditio, sententia profatur, atque etiam cognoscatur, num ademtum feudum ad dominum cum plena retentione revertatur, an post mortem *Vassalli* delinquentis ad ejus agnatos de-

volvatur. Nostrae itaque materiae disquisitio, quae est exacta ad legum feudalium, vulgo Longobardicarum placita, obsecro, ut benevole excipiatur, delictique rea, si ego erraverim ac in delictis Vasallorum rite investigandis deliquerim, humaniter castigetur.

I.

Delicta consistunt
in commissione
& omissione.

QUAMVIS neminem, qui a limine Juris civilis scientiam salutarit, delictorum nomine, ut ex (a) privatorum, (b) publicorumque cognitione patet, facta illicita sponte admissa, venire, fuge-re possit; in generaliori tamen conceptu id, quod contra (c) leges vel committitur vel omittitur, delictum audire neutquam dubitare licet. Enimvero (d) omissionis consensus ad nuptias contrahendas Jure Civili necessarii, vadimonii (e) desertio, inventarii confectio a tutore (f) neglecta, idque genus alia delictorum nomine censeri possunt. Non quidem inficiandum est, commissionis delicta, omissionis delictis plerunque multo (g) graviora esse.

II.

Definitio delicti
vasalli.

Delicium Vasalli, est habitus Vasalli actiones suas ratione contraria dirigendi, quam legibus feudalibus praescribitur. Actio autem est mutatio status, cuius ratio continetur in Vasallo, qui eundem mutat. Cum statutum leges feudales ita limitent, ut id, quod a Vasallo fieri debet, fiat, & quod ab eodem non fieri debet, omit-tatur;

(a) tot. tit. ff. d. priv. delict. (b) l. i. ff. d. publ. jud.
(c) arg. l. s. C. de leg. (d) pr. I. d. nupt. (e) tit. ff. Si quis
caut. (f) l. ult. §. 1. C. arbit. tut. (g) Corras. l. 6. misc.
c. I. n. 4.

tatur; mutat contraria ratione statum Vasallus omissione officii sui, & commissione ejus, quod non faciendum erat. Inde delicta Vasallorum intelliguntur ea, quae non modo in commissione factorum illicitorum, legibus feudalibus prohibitorum, sed etiam in omissione ejus, quod eadem fieri jubent, consistunt. Quia autem leges, nisi sanctio poenalis statuta sit, transgressione facile violantur; poena etiam, utpote amissio feudi, Vasallis (b) transgressoribus imminet, atque est feudalis. Nonnulla enim eorundem delicta poenis divinarum atque civilium legum etiam subiecta sunt.

Poena delicti est
amissio feudi.

III.

Cum delicta Vasallorum vel in omissione vel commissione (§. II.) ponantur, & amissionem feudi inge-
rant, ejusmodi feuda intelligenda veniunt, quorum nec
essentia nec natura quibusdam pactionibus vel consue-
tudine alterationem subierunt, nec inde eis amplior con-
tigit libertas. Ubi enim quaedam pacta contractibus
feudalibus adjecta sunt, vel contraria consuetudo obti-
net; ibi legum nostrarum feudalium rigor cessat, nec
poenam infligere potest. Nonnulla vero feuda (i) sunt,
quae a feudorum rectorum essentia naturaque recedunt,
& majori libertate gaudent, atque adeo quod in aliis feu-
dis delicti nomine censetur, in quibusdam pro delicto
non habetur.

Quaenam feuda
hic intelligun-
tur.

IV.

Fides feudalis, cuius praestationem detrectare
Vasallo non licet, alia est, quam quilibet alteri (k) de-
bet, atque exhibitione reverentiae, Domino debitae,

In quo fides feu-
dalis consistit.

A 3 grato-

(b) arg. 1. f. 21. 1. f. 7. 1. f. 22 §. ult. (i) 2. f. 48. 2. f. 2.
§. praet. 1. f. 8. §. filiae vero. 1. f. 14. §. ult. 2. f. 3. §. ult. 2. f. 3.
§. ult. 2. f. 24. (k) arg. l. 3. in fin. ff. de J. & J.

gratoque cum animo conjunctae, conservatione ejus
salutis honorisque, promotione commodi, tempestiva
defensione, averfioneque damni eidem imminentis,
magna ex parte (*l*) absolvitur.

V.

Fides substantiale
quid feudi.

A feudo (*m*) abesse non potest haec fides, quae,
ut sibi (*n*) praefetur, feuda dant Domini. Vasallus in
culpa versans, ut Dominus finis intenti non potiatur,
quod faciendum erat (*§. II.*) omittit, efficitque ut ra-
tio, qua actio Domini in feudo concedendo determi-
nabatur, cesseret, qua cessante beneficium cessat, nec,
quod sibi Vasallus vindicet, in feudo quicquam habet,
inde propter detractionem fidei feudum (*o*) perdit.

VI.

Juramentum fide-
litatis praestari
debet.

Quoniam feuda hunc in finem (*§. V.*) dantur ut
fides exhibeat; juramentum fidelitatis, quod, Va-
sallus majori vinculo illigandi gratia lege feudali (*p*) in-
troduxit, Domino jubente nec pacto (*§. III.*) obstan-
te, non recusandum est, praestari debet. Juret vero
(*q*) Vasallus quando de novo feudo vel investitur, vel
de feudo per successionem delato investiturae renova-
tionem querit. Quodsi in fide juramento obstringendi
refractorius est; feudum habere vel retinere non (*r*)
potest.

In modico feudo
praestitum
fidel, non neces-
taris putatur.

2. De feudo modico investitum fidelitatis juramen-
tum praestare, non ubique necessarium (*s*) putatur.
3. Prae-

(*l*) 2. f. 6. 2. f. 7. 2. f. 23. (*m*) 2. f. 3. §. fin. Duarenus d.
feud. c. 2. n. 3. Cujac. in pref. feud. in fin. Vultej. l. 1. d. feud.
c. 6. (*n*) 2. f. 23. (*o*) 1. f. 21. (*p*) 2. f. 6. 2. f. 7. (*q*) 2. f. 3.
(*r*) 2. f. 24. §. 1. arg. 2. f. 7. §. ult. (*s*) Rosenth. l. 6. concl. 39.
d. feud. Schulz. c. 9. n. 38. Vultej. l. 1. c. 7. n. 39.

3. Praelato vel alii , qui nomine Ecclesiae feudum tenet , juramentum remitti ex capitulo extraordinario (t) colligitur.

Remittitur si quis nomine Ecclesiae feudum tenet.

VII.

Juramentum fidelitatis vel per ipsum Vasallum vel si Vasallus obligatus in ipsa persona juramentum fidelitatis non praefiat , feendum perdit.
per alium praestatur. Si a Domino stat gravis justaque causa , quae alium non facile admittere possit , et tamen juramentum fidelitatis (§. VI.) praestandum est; Vasallus id praestare debet. Alia quoque ratio accedere potest , si jura consuetudinesque ipsius praesentiam (u) requirunt. Vasallus ergo tribus vicibus (x) citatus nec justae excusationis munimento adjutus , si non comparet , feudo (y) privari potest.

2. Secundum Jus commune feudale praestatio ju-

Alia persona fe-
cundam Jus
commune feu-
dale jur. fid.
praestare potest.

ramenti per (z) aliam personam , quae in animam Va-

salli jurat , fieri potest.

VIII.

Cum successio , quæ olim non (a) obtinuit , in feudis gradatim permitteretur , dominium vero directum apud Dominum feudi ejusque successores (b) maneret ; mutatione in persona Vasalli orta , ille , qui in locum alterius succedit , eundum , quem hic pro suo domino agnovit , pro suo quoque domino agnoscere atque (§. V.) fidelem se (c) gerere debet. Hanc agnitionem (d) petitio renovationis investiturae cum juramento fidelitatis conjunctae probat. Inde renovationis investiturae et

Successor vasalli
petitio ne ren-
ovat , invest. &
juram. fidel.
omissis in feudo
non manere
potest.

jura-

(t) 2. f. 91. (u) conf. Cujac. t. 4. lib. 2. Hottom. in disp. feud. c. 10. d. invest. foll. Hart. Pift. l. 2. quaest. 47. n. ult. (x) 2. f. 24. §. 1. (y) c. 1. 2. f. 24. (z) 2. f. 3. §. 1. (a) i. f. 1. §. 1. (b) c. 1. §. 2. & 4. 2. f. 31. 2. f. 50. 2. f. 23. §. fin. 2. f. 8. §. 3. (c) arg. l. 56. §. 1. l. 38. §. 5. d. V. O. (d) 2. f. 3. 2. f. 32. 2. f. 24. §. 1.

juramenti fidelitatis (§. II. VI.) omissione Vasallum successione (e) indignum reddere potest.

IX.

Vasallus poenae amissionis fendi subicitur, si apud successorum domini renovat invest. non querit nec juram, fidel. praeftat.

Due mutationes, quae divisione vasallorum, vel divisione dominorum na- scit possunt, adiuc annos tantur.

Eadem omissione, mutatione in persona domini (f) nata, eadem (g) pena afficitur; si Vasallus, Dominus, qui ipsum personali promissione obligatum tenebat, successori, cui jus antecessoris competit, eandem personalem promissionem per renovationem investiturae juramentumque fidelitatis faciendam denegare vult.

X.

Hanc (§. VIII, IX.) duplcem mutationem aliae duae excipere possunt. Unam reddit divisio Vasallorum, qui antea communiter feudum possidebant, singulique fidelitatem sed unam (h) jurarunt, divisione vero facta quilibet, qui id, quod sibi divisione obtigit, non amplius pro parte, sed pro toto possidere censetur, sine concurrentia aliis convassalli pro quantitate et qualitate solus domino (i) obstrictus est. Alteram mutationem efficit divisio Dominorum, quibus antea in communione viventibus una (k) fidelitas debebatur. Cum autem hi partitione inita se sejungant; Vasallus, qui feudum, cuius directum dominium unus vel alter divisione naestus est, tenet, unum vel alterum solum pro suo domino obligatus (l) agnoscere debet; Sub hac utraque mutatione renovatio investiturae (m) quaeri debet, quamquam novam iuramenti praestationem exigi posse, non improbe (n) negatur.

XI. Aliae

(e) 2. f. 40. 2. f. 24. pr. (f) Rosent. c. 6. concl. 24. n. 5.
 (g) c. 1. 2. f. 24. pr. §. 81. 2. f. 40. (h) 2. f. 26. §. omnes fil. 2. f. 52. praeft. (i) 2. f. 77. (k) c. t. 2. f. 77. §. Plures autem (l) arg. ex. c. l. 2. f. 77. (m) conf. Struv. S. J. T. c. X.. aph. II. et III. et all. aut. (n) Hart. Pist. obs. 168. n. 37 & ult.

XI.

Aliae mutationes, quae accidere possunt inter has
 (§. VIII. IX. X.) quatuor species (o) cadunt, easque
 participant, atque illarum decisio ex his pendet. Quod
 autem ad simultanei investitores attinet, qui Jure (p) Saxonico
 jus in feudo cum possessoribus feudi quodammodo
 commune habent, si quoque mutatione contingente
 renovationem investiturae cum fidelitatis juramento e re
 nata (q) quaerere debent.

XII.

Cum renovatio investiturae et praestatio juramenti
 (§. VI. VIII. IX.) introducta sit, ut a Vasallo dominus
 agnoscat, ejusque jus, quod habet, in suo vigore
 conservetur; nihil refert, num haec renovatio ab
 ipso Domino, an a tutori et administratore, qui vi-
 ces Domini minoris gerit, suscipiatur. Renovationis
 investiturae ab hoc factae iterationem Dominus major
 factus exigere nequit. Tutor enim vel administrator
 nihil commune in jure, quod Domino feudi competit,
 habet, et quod dominus, si major esset, perageret,
 peragere debet, nec inter dominum, majorem factum,
 et administratorem, vicarium, ulla ejusmodi successio,
 nec talis mutatio, quae inter dominos (§. IX. X.) nata
 renovationem requirit, obtinet. Cum tutor vel adminis-
 trator vasallos de feudis antiquis investiat; non tan-
 quam Dominus, sed nomine Domini investit, nec hoc
 modo quicquam alienat, quod (r) prohibitum est, sed
 Vasallos in suo jure, sine culpa non (s) auferendo, (t)

B confir-

Alias mutationes
 praetercuruntur.

Vasallus, cui inve-
 stitura ab ad-
 ministratore
 vel tutori Do-
 mini minoris
 renovata fuerat,
 investiturae re-
 novationem
 Domino maiore
 facto, non am-
 plius pertendo,
 non delinquit,

(o) Struv. c. l. (p) id. c. IX. aph. XIV. (q) id. c. X.
 aph. II. et III. c. XV. aph. XII. n. 22. (r) l. 1. pr. ff. d. reb. eo-
 rum, qui sunt. (s) l. f. 17. l. f. 22. §. ult. (t) vid. not.
 Gothofr. ad 2. f. 3. conf. Gail. l. 11. obs. 152. n. 13. Welenb.
 d. feud. c. 8. n. 13. & 14.

confirmat. Si Dominus renovationem investituræ, ab illo, vices Domini sustinente, factam rejicit; id quod gesum est, in integrum restituere studet. Restitutioni autem in integrum, laesione non cognita nullus (*u*) relinquitur locus. Administrator de veteri jure Vasallos investiendo nihil alienat, nec inde laesione intulit, renovationis ergo investiturae antea factae rescissio non postulanda est. Si vero eam (*x*) approbat Dominus; approbatio (*y*) aequipollent mandato, atque qui actum quendam peragendum mandat, ipse hunc (*z*) peregisse purandus est. Vasallis ergo Dominus renovationem, ab administratore factam, praestitisse censetur, nec illos ad petitionem investiturae renovationis iterandam jure adigere potest.

2. Id quod obtainere puto, nisi alia jura contrariaque (§. III.) consuetudo probanda vigeant. Hoc quidem casu, quo, Domino majore facto, vicariae administratio- nis mutatio contingit, Besoldus (*a*) decidit, tutius esse, ut renovatio investiturae petatur.

XIII.

Vasallus, qui intra annum & diem investiturae renovationem non petit, feudum amittit.

Fidem Domino in renovatione investiturae Vasallus (§. VIII.) promittere debet. Renovatio autem mutatione in persona Domini vel Vasalli (§. eod. et IX. X.) contingente est petenda. Tempus vero, quod petitioni confirmationis primæ investiturae praefigitur, est (*b*) annus et dies a tempore mutationis computan- dus.

(*u*) l. 7. § 3. ff. l. 4. C. d. min. (*x*) vid. l. 2. C. si mai- fact. rat. hab. (*y*) l. ult. C. ad SC. Maced. Bart. in l. Pompej. ff. d. neg. gest. (*z*) c. 72. in 6. d. R. I. (*a*) Thef. pract. voc. Lehn. Forderung. (*b*) 2. f. 24. pr. 2. f. 40. 2. f. 52. f. ult. conf. Zaf. de feud. p. 7. n. 5. Sonsb. p. 11. n. 5. Jul. Clar. in feud. quaest. 49. n. 1.

dus. Inde Vasallus intra annum et diem renovationem investiturae petere debet. Si justae (c) excusationis fide destitutus non petit, omissione ingratum (§. IV.) animum prae se fert et feudo, quod renovationem investiturae et juramenti praestationem justo tempore postulat, indignum esse ostendit; quapropter feudo (d) privari potest.

2. Dies anno adjectus non unus, sed plures dies ultra annum merito (*e*) intelliguntur. Ius quoque (*f*) Saxonum per annum et diem plures dies ultra annum intellectos vult. Nec dubium esse puto, quin textus citati ab (*g*) alio explicationem mutuari possint.

Per diem anno
adjectum, non
unus sed plures
dies intelligan-
tiae.

XIV.

Dominus Vasallum (§. IV. VI.) fidelitate devinctum habet, quae vero non sola promissione terminatur, sed quando causa belli inferendi vel se defendendi Domino (b) justa et Vasalli auxilio opus est; hic potentia non (i) destitutus illi servire, et in expeditionibus comitari vel militaris servitii redemtionem ad stipendia militum pro quantitate anni proventus conscriptorum (k) praestare debet. Vasallus, qui, quod debet, recusat, fidei vinculum violat, evaditque perfidus feuda vero fideles

B 2 (§. V.)

Vassalus, qui Domino non servit, feudo exire.

(c) 1. f. 22. v. nisi just. causa, 11. f. 52. si just. caus. conf. Gail. I. 2. pract. obs. 48. n. 8. Wesenb. c. 8. n. 6. Schneidv. p. 5. n. 43. & seqq. Laur. Sylv. tr. de recogn. feud. (d) all. text. sub b. (e) conf. Jer. Reusner. Coll. feud. disput. 4 th. 19. (f) Landrecht. I. I. art. 28. Lehrn. c. 22. & 25. (g) 1. f. 22 Rosenth. c. 6. concl. 30 n. 7. Schneidv. p. 5. n. 9. Bocer. de Inv. c. 5. n. 6. (h) 2. f. 28. (i) 2. f. 24. §. 2. v. aliud est. (k) Frid. à Sand. comm. in Geld. conf. Feud. tract. I. c. 2. n. 13.

(§. V.) possessores (*l*) requirunt. Idcirco ejusmodi Vasallus non amplius (*m*) possessio feudi esse potest.

Disquiritur, num
in iusta de-
fensione Domini
no assistere de-
beat.

2. Multi quidem ex obscura, nec satis firma compilatoris (*n*) textus feudalis, sententia colligunt, Vasallum debere indistincte Dominum defensum ire, sed re penitus considerata statuere licet, illum ab iusta defensione liberum esse. Quod enim justum est, Domino guerram irrationaliter, ut verbis textus loquar, facienti servitia recusare posse, id quoque justum est in denegatione defensionis, si Dominus alterum iuste offenderit. Ubi enim a parte laesi contraria offendio justa, ibi a parte laidentis (*o*) defensio iusta.

Præter militaria
servitia dantur
honoraria &
judicaria.

3. Præter militaria servitia, quae quoque Domino Regem ad coronam Romani Imperii sumendam Roman proficiscerentem (*p*) comitanti nonnisi cum amissione feudi Vasallus (*q*) denegare poterat, honoraria et judicaria etiam notanda veniunt, quae si vi pauci vel consuetudinis (*r*) exiguntur, omnino praestari debent.

XV.

In dubia Domini
causa Vasallus
non nisi cum
amissione feudi
servitia denegare
potest.

Justa Domini (§. XIV.) causa causam excusandi Vasallo perfido admitt, nec hujus excusationem dubiae cause titulus admittit. Quamvis in cognitione dubia intellectus in æquilibrio rationum sese offerentium respectu cognitionis et ejus oppositi quasi fluctuet, atque ratio ab una qualibet parte aequabiliter vaga et actio magis (*s*) suspendenda sit, quam exercenda; determinatio-

nem

(*l*) arg. 1. f. 1. § 2. 2. f. 55. p. 2. f. 107. inf. (*m*) 2. f. 24. f. 2.
v. sed non est alia (*n*) 2. f. 28. (*o*) vid. Horn. disp. feud. XV.
th. 12. Grot. de J. B. & P. L. II. c. 26. § 34. (*p*) vid. Ott.
Frising. L. 2. c. 12. Struv. S. J. F. c. XI. aph. v. (*q*) 2. f. 54.
(*r*) 2. f. 2. § 2. conf. Frid. a Sand. cit. loc. (*s*) Puffend. de
O. C. & H. c. 1. §. 6.

nem tamen dubiae causae non pertinere ad Vasallum,
sed eum, qui certus est, Domino servitio exigenti,
obsequendum, officii sui (§. V.) memorem esse debe-
re, multorum (*t*) suffragiis evincatur.

XVI.

Quamvis in justa et dubia (§. XIV. XV.) causa Va-
sallus Domino afflisteret debeat; tamen, utut justa cau-
sa sit, sacramento fidelitatis est solitus, si Dominus
(*u*) excommunicatus vel (*x*) bannitus est, vel contra
(*y*) Imperatorem, vel Regem, qui supremus Do-
minus est, servitia praestanda essent. Contra antiqui-
orem (*z*) Dominum justa causa instruetum, posteriori
Domino, Vasallus quoque nullum auxilium exhibere
debet.

Quando Vasallus
a servitio
liber est.

XVII.

Vasallus, cum Domino, nec (§. XVI.) excom-
municato, nec bannito, cui causa (§. XIV.) justa, nec
bellum contra (§. XVI.) Imperatorem vel Regem est, fa-
cere tenetur. Si inde pater Vasalli, Dominum ejus injuste
offenderit; Domino injurias illatas vindicaturo, auxilio
Vasallus praesto esse debeat. Cum enim patrem leges
feudales inter exceptas personas non referant, sed potius
servitia Domino contra illum (*a*) praestanda requirant;
Vasallus, qui vi Juramenti contra omnes non exceptos

Vasallus, qui con-
tra patrem su-
um Dominum no-
afflit, feudo
cadit.

B 3

a Do-

(*t*) v. Ludw. Synopsi. Jur. Feud. p. 292. Joh. de Dicastro
de Just. & Jur. L. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 16 §. 6. Molin. de Just.
& Jur. disp. 113. Rosenth. c. 8. §. 6. 7. 8. Grot. c. 1 adj. c. 4.
XXXIII. q. 1. (*u*) 2. f. 28. conf. c pen. X. de sent. excomm.
Kohl. p. 1. n. 81. & 83. (*x*) c. 1. 2. f. 28. conf. Ordnung der
Landfr. rub. die Poen der Friedbrecher. (*y*) 2. f. 7. (*z*) c. 1. 2.
f. 28. sub fin. 2. f. 55. §. 2. (*a*) 2. f. 28. fin.

a Domini partibus stare obligatur , patrem non (*b*) excipere potest . Dum itaque filius a praestatione servitiorum , quae Dominus postulat , sepe eximere vult , recedit (§ . V . VI .) a fide , atque poena (*c*) amissionis feudi feriri potest .

Item , si non contra filium servitia praefiat .

Hac præstatio servitiorum rejicitur .

2. Multo minus pater contra filium Domino servitia (*d*) denegare potest .

3. Leges quidem feudales servitia contra patrem Vasalli Domino præstanta injungunt ; sed sanctitas immutabilis naturæ juris , divinarumque (*e*) literarum , ut liberi suos parentes obsequio pietateque colant , præcipit quam gravissime . Ex duabus autem legibus sive regulis , ad quas quis alligatus est , inter se collidentibus , exceptio semper ita (*f*) instituenda est , ut , potiore regula minori antelata , major perfectio conservetur . Lex vero , quae humana atque mutabilis , minor , quam Lex Naturæ atque divina positiva habet . Et Iure (*g*) Civili , licet pater legum contemtor et impius sit ; tamen pater est , nec minus (*b*) Canones liberos contra patres armatos infamia notatos damnant . Vasallus ergo , cuius juramentum vinculum iniquitatis esse (*i*) non debet , conscientiae suae consulturus Domino contra patrem auxiliatrices manus non porrigit , sed potius feudum refutet .

4. In nonnullis Juramenti formulis animadverti , Vasallum ad servitia , patre , qui neque patriæ (*k*) propator ,

(*b*) vid Curt . de feud . p . 4 . n . 8 . Schrad . p . 6 . c . 5 . n . 1 . Borch . de feud . c . 7 . n . 42 . Rosenth . c . 8 . concl . 14 . n . 7 . Vul-tej . l . 1 . c . 10 . n . 33 . Schneidevv . p . 5 . n . 92 . (*c*) Saep . c . 1 . 2 . f . 28 . (*d*) id . l . (*e*) Col . 3 . v . 20 . Eph . 6 pr . (*f*) Cet Wolff . Germ . Metaphys . c . 2 . § . 166 . (*g*) Nov . XII . c . 2 . (*h*) c . infames . VI . q . 1 . (*i*) c . cum contingat X . de jurejur . c . inter cert . XII . q . 4 . (*k*) v . 1 . 35 . ff . de relig . & sumt . fun .

ditor, nec vitae Domini insidiator est, tantum excepto, exhibenda adstringi.

XVIII.

Qui amicitiam contrahit, dat rei licitae operam, et Vasallo, illius, qui Domini feudi inimicus, amico esse licet. Ea causa, quae inimicitiam peperit, non ita comparata esse potest, ut Vasallus, a Domini inimico non laesus, odium in eum suscipiat. Amicitia vero Vasalli in damnum Domini non vergere debet. Vasallus, qui cum inimico Domini sui amicitiam ita copulat, ut malae (*l*) machinationes fiant, damnumque ad Dominum (*m*) redundet, ejus incolumitatem (*§. IV.*) non promovet, sed fidelitatis immemor, infidelis Vasalli formam induit, nec inde in possessione feudi (*n*) manere meretur.

Vasallus, qui cum
inimico Domini
malam sociera-
tem init, feudo
privari potest.

XIX.

Vasallo malum, damnumque a Domino avertendi necessitas (*§. IV. V. VI.*) imposta est. Si inde quendam Domino mortem, captionem vel patrimonii granadem jaeturam intentare resfciscat, Dominum de hac machinatione sine mora certiorem (*o*) reddat. Hoc modo Dominus insidias sibi cavere, et ad laesionem declinandam se parare potest. Hinc Vasallus suo officio satisfacit. Sin autem non ignorans, malum cervici Domini impendere, insidias dominum celat, ejus saluti non propicit, impingit contra fidelitatem, atque adeo possessione feudi (*p*) indignus censeri potest.

Vasallus, qui Do-
minus de insi-
dias ei stratis
non certiorem
reddit, feudum
perdit.

XX. Si

(*l*) arg. l. I. §. 10. ff. de off. præf. urb. conf. l. 28 C. de inoff. test. l. 47. ff. de reg. Jur. (*m*) Zaf. p. 10. n. 32. Clar. in §. feud. quaest. 54. Borch. c. 8. n. 124. (*n*) 2. f. 57. (*o*) 2. f. 7. (*p*) 2. f. 24. §. 2.

Revelatio arca:
sorum Domini
Vasallum feu-
di possessoris
incapacem
redit.

Si quis perniciem in dominum feudi machinatur; Vasallus non inscius ad ejus scientiam id perferre atque damnum (§. XIX.) avertere debet. Vasallus vero, in cuius fide atque officio Dominus fiduciam collocat, arcana sibi (q) credita, silentio comprimat; nam ad ejus damnum scienter ac dolo malo ea revelando non notam tantum infidelitatis sibi inurit, sed quoque damni in dominum redundatur est causa moralis. Exinde ejusmodi Vasallus, a quo omnis infidelitas abesse, omnisque domini salutis promotio (§. IV.) fieri debet, a possessione feudi (r) moveri potest.

XXI.

Vasallus duobus
diversis Domi-
nis obligatus
mala unius,
alterique perni-
ciosa confusa,
alteri impune
detegere potest.

Vasallus, qui a duobus diversis Dominis investitus duo feuda tenet, dupli fidelitate est devinctus, & utrique, quod a Vasallo (§. IV. V.) exigitur, officium debet, & inimicitiam inter se gerenti amicus ac fidelis (§. XVIII.) manere potest. Si unus Dominorum alterius perniciem molitur, atque adeo in mala causa versatur; Vasallus alteri hanc insidiosam molitionem (§. XIX.) revelare tenetur, quia, dum scit uni, qui etiam suus dominus est, insidias strui, eum, ut sibi propiciat, admonere debet. Alter Dominus, qui alterius perniciem quaerit, de infidelitate Vasalli, qui malum consilium detexit, non conqueri potest, utpote nihil in ejus damnum aperuit, & in re licita atque (§. XIV.) justa fidelitas exhibenda est.

XXII. Si

(q) 2. f. 6. 2. f. 7. (r) 1. f. 17. conf. l. 6. §. 4. ff. de re milit. l. 38. §. 1. ff. de poen. Rosenthal. c. 10. §. 61. 62.

XXII.

Si hi duo Domini armis inter se contendunt, & antiquior justam causam habet, ei Vasallus assistere, neque contra eum, posteriorem (§. XVI.) adjuvare debet. Si posterioris causae justitia patrocinatur; ei Feudatarius, cuius servitiae exiguntur, non deesse potest. Videtur quidem hoc modo posteriorem contra majorem adjuvare, sed hic, cui causa, quae exactionem servitiorum impedit, est injusta, non queri potest de delicto Vasalli, ad servitorum, in hoc casu denegandorum, praestationem etiam parati. Si ab utraque parte causa dubia est; Vasallus dubius haerebit ac verebitur, ne, servitiae uni praestundo alterum graviter offendat, & in amissionem feudi, quod ab offendo tenet, incurrat, sed quia quilibet Dominus feudi ob reciprocam (s) fidem damnum, quo Vasallus affici possit, propulsare debet; prohibendo autem, quo minus Feudatarius posteriori serviat, efficit, ut Vasallus feudo, quod ab altero Domino datum est, cadat. Vasallus inde, qui posteriori per substitutum, salva fidelitate antiquiori Domino debita, servitiae praefat, atque ab omni malo consilio, intentioneque huic nocendi (t) abest, a majore Domino, qui Vasallum in servitiis exhibendis fidelem experitur, infidelitatis non accusari, nec feudo exui potest.

2. Non ignoro, multas inter Feudistas de hac re disputationes ortas esse, quamplurimos vero servitiae, posteriori Domino contra majorem exhibenda, reprobasse; nullum autem justae vel injustae causae rationem ha-

C buisse.

(s) 2. f. 6. v. Dominus quoque. 2. f. 26. v. Dominus. 2. f. 47. (t) v. Perill. a Berg. Diff. de Fid. Vasall. §. XIX.

Quomodo Vasallus in tribus causibus, ubi Domini majoritcausa, vel Domini posterioris est justa, vel utrimque dubia, se gerere debet.

Continuatur.

buisse. Quoad secundum casum praestaret, Vasallum fibi per pactum prospicere, ne in ejusmodi circumstantiis constitutus neutri Dominorum servire non teneatur. Leges vero magis determinatae esse, nec, quamvis (*u*) durae, injustitia cum detimento alterius conjunctae (*x*) laborare debent.

XXIII.

Cum Vasallus curare debeat, ut laesio a Domino (§. IV. V. VI.) avertatur, laesione vero facta, quantum fieri potest, eum ad satisfactionem (§. XIV. n. 1.) adjuvet. Si ergo filius vel Subvasallus Vasalli Dominum Vasalli offenderit, Vasallus vero a Domino requisitus, ut filium ad satisfaciendum (§. XVII. n. 2.) deducat, vel refractarium a se separet, & Subvasallum admoneat, ut quoque satisfaciat, exequendo id, quod (*y*) facile est, morem non gerit; poenam (*z*) amissionis feudi inobedientiae comitem esse pati debet.

XXIV.

Contractus feudalis saepe ita comparatus est, ut Vasallus Dominum bello implicitum in propria persona (§. XIV. n. 1.) adjuvare debeat; quapropter foeminae, quae ad ea servitia praestanda inhabiles putantur feudis (§. III.) regulariter (*a*) exclusae sunt. Vasallii quoque in Jure Feudali milites non raro (*b*) vocantur, qui casu contingente de salute Domini (*c*) defendenda contendere possint. Nemini vero propriam salutem atque vitam vitae alterius praeponere non licet, quia homo

lege

(*u*) l. 12. §. 1. ff. qui &c a quibus manum. (*x*) conf. Puffend. d. O. H. & C. c. XI. §. V. (*y*) 2 f. 6. (*z*) 2. f. 55. §. 2. (*a*) 2. f. 36. conf. Vultej. l. 1. c. 9. n. 39. (*b*) 1. f. 21. 1. f. 26. §. 1. 2. f. 22. (*c*) 2. f. 7.

Vasallus, cuius
filius vel Sub-
vasallus Domi-
num suum of-
fenderunt, non
curans, ut Do-
mino satisfactus,
feudum amitt-
tere potest.

Vasallus, qui Do-
minum in pre-
lio dolore de-
seruerit, feudo
exxi potest.

lege Naturae obligatus conservationi sui ipsius operam
(*a*) dare debet. Si inde Vasallus in summo salutis suae
periculo constitutus Dominum deserit, non (*e*) delin-
quit; sin autem foeminae magis ac maris animum pree-
se tulerit, & sine manifesto vitae discrimine, fuga, ex
qua alius dolus facile (*f*) arguitur, salutem quæsierit,
non praestitit, quod ad defensionem Domini faceret.
Idcirco ob perfidam (*g*) desertionem Vasallus feudum
(*b*) amittet.

XXV.

Quilibet suae vitae conservationi (*§. XXIV.*) stude-
re debet, atque adeo vim sibi illatam vi (*i*) repellere po-
test. Id quod Vasallus a Domino provocatus, & in di-
scrimen capitis adductus, facere neutiquam prohibetur.
Si vero Vasallus impio spiritu motus Dominum, quem
alias (*§. XIV. XXIV.*) defendere debeat, assaltit, hostili-
terque aggreditur, vel impias ei manus ingerit; loco
Fidelis existit hostis, hostis autem Domini, feudum
ipsius possidere (*k*) nequit. Quapropter ejusmodi Feu-
datarius feudo (*l*) exui debet.

2. Ejusdem poenae aculei in Vasallum, qui castrum
vel vicum, ubi Dominum vel Dominam esse non igno-
rat, (*m*) oppugnat, diriguntur.

C 2

XXVI.

(*d*) Cel. Wolff. Phil. mor. §. 437. 438. conf Puffend. de
O. H & C. c. V. §. 4. 5. l. 38. de oper. lib. (*e*) Rosenth. c. 10.
concl. 9. & seqq. (*f*) arg. 1. 7. §. 1. ff. de susp. tut. Aym. Crav.
conf. 6. n. 37. (*g*) 1. f. 5. pr. (*b*) 2. f. 24. §. 2. (*i*) Id.
nung. satis laud. Aut. Phil. mor. §. 868. conf. l. 3. de Just. & Jur.
Sonsbec. p. 12. n. 139. Vultej c. 11. n. 20 (*k*) 2. f. 6. 2. f. 7.
(*l*) 2. f. 24. §. 2. (*m*) 1. f. 5. §. simil. c. l. 2. f. 24. §. 3. v.
porro. conf. Rosenth. c. 10. concl. 18.

Vasallus, qui Do-
minum afflit,
vel impias ei
manus ingerit,
a possessione
feudi moveri
poterit.

Item, si castrum
vel vicum, ubi
Dominus vel
Domina est,
oppugnat.

XXVI.

Vafallus, qui Do-
minum interi-
mere querit;
feudum am-
plius possidere
non meretur.

Vafallus, qui de insidiis Domino struetis eum non certiore reddit, feudo (§. XXIX.) privatur. Multo magis idem, in cuius fide Domino praesidium positum esse debet, si Domino insidiari vel cum veneno, vel alio quovis modo e medio tollere laborat, amissione feudi (n) multandus est. Insidiosa molitio arguit, Vafallum fidelitatis nullam rationem habere & Dominum, qui salvus praestandus & a periculo (§. XXIV.) liberandus est, prius opprimere, quam adjuvare velle.

XXVII.

Vafallus, qui Do-
mino graves in-
jurias infert,
amissione feudi
multari potest

Damnum laesioinemque, quae Dominum tangere poslit, Vafallus potentia praeditus (§. IV. V. VI.) averruncare obligatur, multo minus ipse quodpiam malum ei (§. XXV. XXVI.) intentare debet. Laedit vero quis alterum, cui graves injurias infert, injuria autem gravis, quae ad contumeliam laesi quoque (o) tendit, Jure Civili dura poena (p) coercetur, nec potest non, si qua a Vafallo Domino infligitur, Jure Feudali puniri. Vafallus enim, quod est (q) honestum facere, ac existimationi Domini (§. IV.) conservandae studere tenetur, & quomodo liberto (r) sancta & honesta persona Patroni esse debet (s) sic persona Domini Vafallo. Existimatio vero Domini & honestas injuria Vafalli laeditur, omnisque laesio non sine culpa facta punienda; poena autem Jure (t) feu-

(n) 2. f. 51. v. si vol. c. l. 2. f. 24. f. 2. (o) l. 7. §. 7. 8 ff.
de injur. (p) l. 45. eod. t. (q) 2. f. 6. (r) l. 6. ff. d. obf.
par. & pat. praest. (s) Nicol. Everh. in loc. top. in l. a. lib.
ad Val. Wesenb. c. 10. n. 7. d. feud.

(t) feudali est amisio feudi. Exinde Vasallus graviter injurians feudo privari potest.

2. Hinc consequi videtur Vasallum Dominum nec criminis (u) accusare, nec (x) deferre, nec contra eum (y) testimonium, nisi autoritate judicis sub gravissimae poenae comminatione (z) injunctum, perhibere, nec actione (a) famosa experiri debere.

3. Si Dominus ob reciprocam (§. XXII. lit. s) fidem erga Vasallum se gerit ut Vasallum; in multis casibus a liberto ad Vasallum argumentandi modum non improbari puto, si autem Dominus Vasallum non habet ut Vasallum; Vasallus Dominum ut Dominum habere non (b) obligatur, nec argumentatio a liberto ad Vasallum bene (c) adhibetur. Vasallum inde v. g. vi Domini a possessione feudi dejectum interdictum unde vi contra Dominum instituendo non peccare autumno.

XXVIII.

Quoniam Vasallus Dominum reverentia (§. IV.) colere, atque ab injuria ei inferenda (§. XVII. n. 1.) abstinere debet; justitiam Domino, qui Fidelem vocandi causam habet, facere obligatur, si Vasallus non facit, tresque citationes vilipendit; Dominum contemnit. Injuria inde fit Domino, cui Vasallus jus in ipsum competens intervertere vult. Haec injuria longa Vasalli contumacia

C 3

(t) 2. f. 24. §. 2. (u) 2. f. 33. §. Similiter. (x) c. l. 2. f. 24. § item si del. (y) c. l. 2. f. 33. (z) Alvar. Matth. 2b Affl. in dict. tex. (a) arg. l. 1. §. 43. ff. d. vi & vi arm. l. 10. §. 2. d. in jur. voc. l. 11. §. 1. ff. d. dolo. l. 1. §. 1. d. obs. par. 2. f. 22. v. salva reverentia. (b) arg. c. 7. dist. 95. (c) v. Myns. 4. obs. 9. Welsenbec. c. 15. n. 5. Rosenth. c. 10. concl. 31.

Injuria extenditur.

Extensio non semper obtinetur.

Autem illi, qui

aut illi, qui

tumacia augetur, evaditque gravior, atque adeo Vasallus suam pervicaciam intra annum comparendo non purgaturus feudum (*d*) perdet.

2. Justitiam facere nihil aliud (*e*) significat, quam in judicio se sistere.

XXIX.

Domino, cui servitio opus est, Vasallum viribus instructum non deesse (§. XIV.) oportet. Dominus autem carcere inclusus quam maxime eget auxilio; quia carcer est (*f*) mala mansio & libertatem, rem (*g*) in aestimabilem aufert. Auxilium vero Domino non (*§. cit.*) injustam causam habenti est praestandum; ergo etiam sine culpa (*b*) incarceratedo. Vasallus, qui, quod facere possit & debeat, negligit, beneficio indignus (*i*) devestiri potest.

2. Putant quidem Vasallum pro Domino ob aes alienum in carcерem conjecto, fidejussionem interponere debere, quia filius, qui pro patre obaerato et custodiae mancipato fidejubere recusat, haereditate (*k*) excludi potest. Sed alii Vasallum ad fidejussionem vel ad Dominum auri pondere liberandum non obligatum esse (*l*) rectius contendunt.

XXX.

Cum feuda ex benevolia (*m*) concessione profiscantur, & Vasalli propter omissam fidelitatem, sub qua beneficia

(*d*) 2. f. 22. 2. f. 24. §. 2. Illud tamen conf. c. 2. V. q. 2.
 (*e*) Horrom. ibid. 2. f. 22. & in Lex. v. fac. just. (*f*) 1. 15.
 §. 40. d. injur. (*g*) 1. 106. d. R. I. Tiraq. d. poen. c. 41. n. 2.
 (*b*) v. Jul. Clar. §. feud. q. 24. n. 2. Borch. c. 8. n. 114. d. feud.
 (*i*) 2. f. 24. v. vel si cognov. (*k*) Nov. 115. c. 3. conf. Ro-
 fenth c. 8. concl. 51. (*l*) 2. f. 26. §. licet Vas. 2. f. 39. §. ult.
 (*m*) 2. f. 23.

Justitiam facere
quid significat.

Vasallo, qui No-
minum carcere
injuste deten-
tum non libe-
rat, si potest,
pena amissio-
nis feudi immi-
nit.

Ad Dominum ob-
aes alienum in-
carceratum,
pecunia libe-
randum, Vasal-
lus non obliga-
tur.

Alienatio feudi
Vasallis pro-
hibita est.

neficia (§. V.VI.) dantur in poenam amissionis (§. XIV. & seqq.) incident; prohibiti Vasalli fuerant beneficiorum, quorum pro parte vel pro toto alienandorum eis facultas secundum curiarum diversitatem antea (n) concessa erat, ulteriore alienatione, quia Vasalli alienantes praeter Imperii virium, honorisque (o) imminutionem servitia (p) subterfugere, Dominumque (q) contemnere quaerunt.

XXXI.

Nomine Alienationis autem venit actus, per quem dominium vel jus aliquod transfertur; sed hoc alienationis vocabulum in doctrina feudali latissime (r) sumitur, respicitque praecipue (s) effectum, ut alienatio, traditione accidente, facta reputetur.

Definitio alienationis.

XXXII.

Domini in concessione rectorum (§. III.) feodorum sibi dominium directum (§. VIII.) reservant, nec Vasalli, quibus utile dominium (t) concessum est, sine impertrato Dominorum consensu, quorum multum interest, ne aut alias Vasallus, quem noluit, sibi obrudatur, aut cum extinctione dominii directi feudum tanquam allodiale bonum in alium transferatur, ad alienationem (§. XXX.) accedere debent. Vasallus inde, qui feudo, quod esse (u) non ignorat, absque Domini sui

Vasallus alienatio-
ne sine consensu
Domini facta
feudum & pre-
mium perdet.

con-

(n) 2. f. 44. 1. f. 5. 2. f. 9. (o) 2. f. 52. 2. f. 55. (p)
c. t. 2. f. 52. (q) 2. f. 24. sub fin. (r) Borch. c. 8. n. 13. d.
feud. Struv. S. J. F. c. XIII. aph. III. l. 1. pr. ff. d. nov. l. 28.
ff. d. V. S. (s) Jul. Clar. in §. feud. quæst 31. n. 1. Wesenb.
c. 11. n. 3. d. feud. 2. f. 55. §. callid. ibi in alior. transf. (t)
2. f. 8. §. 2. (u) v. Matth. ab Affl. d. controv. inter vas. &
emt. n. 13. Gail. 2. obs. 48.

consensu vendito atque in alium translato alienationis reus contra leges (§. II.) agit, beneficio & accepto prelio (x) carebit.

2. In feudi antiqui alienatione non quidem solus Domini sufficit, sed etiam agnatorum, quibus jus quaesitum est; consensus (y) requiritur. At enimvero consensu agnatorum non adhibito Vasallus, poena non coeretur; siquidem pretium pro feudo, suffragante Domino, alieno solutum (z) accipere potest; adhaec non sit perjurus, quia tantummodo Domino (§. VI. VII.) juratur & respectu ejus feudum amittitur.

XXXIII.

*Donatio nomine
alienationis
venit.*

*Donatio per te-
stamenti dis-
positionem est
invalida.*

*Permutatio est
alienatio.*

Qui donat, idque, quod habet, in alium transfert, (§. XXXI.) alienat, alienatio vero (§ XXXII.) punitur. Hinc Vasallo, qui alienum feudi donati possessorem reddit, poena multando, nullus aditus ad feudum revocatum amplius (a) patet.

2. Neque per testamentum Vasallus in quendam extraneum haeredem, nec in propinquum, nondum successionis capacem transferre valet, sed per ultimam voluntatem alienatus poena affici non potest, quia defunctus per se possidere desinit.

XXXIV.

Permutatio ad emitionem venditionem quam maxime (b) accedit, utpote in hac pretium eminens, in illa pretium vulgare intercedit, atque alienationis nomen omnino

(x) 2. f. 52. v. si quis vero. (y) 2. f. 39. (z) 2. f. 26.

§. Titius. (a) arg. 2. f. 9 §. don. (b) Cel. Heinecc. in elem. J. C. sec. Pand. t. de rerum perm. P. III. §. 343. add. l. i. §. d. contrah. emt.

omnino (*c*) recipit. In venditione autem Vasallus beneficio & pretio (§. XXXII.) carebit; ita quoque in permutatione feudum & rem pro feudo acceptam perdet.

XXXV.

Datio in solutum vicem emtionis venditionis quo- Non minus datio
que (*d*) obtinet & alienationi est aequalis; quapropter in solutum.
Vasallus, qui feudum in solutum (*e*) dat, poenae amisi-
sionis feudi revocati subjacebit.

XXXVI.

Quanquam oppignoratio magis aptitudine & poten- Oppignoratio ad
tia, quam actu est alienatio, & oppignorans, qui per alienationes
pignoris traditionem dominium non actualiter trans- referuntur.
fert, manet dominus, donec ob moram ab eo contra-
etiam ad ipsam pignoris alienationem (*f*) perveniatur;
tamen secundum Juris feudalis doctrinam translatio ju-
ris cum quasi traditione rei feudalis conjuncta, alie-
natio (§. XX XI.) audit, & ejusmodi oppignoratio
propter metum callidarum machinationum prohibita
est. Vasallus Feudo pignori dato pro alienatore habe-
tur, nec animadversionem (*g*) privationis feudi effugit.

2. Quia recta feuda in immobilibus consistere non
immerito putantur; pignus significat, quasi traditionem
rei immobilis, a qua significatione Jus Civile non (*h*)
abhorret.

3. Hypothecam, quia quoque pro specie alienatio-
nis (*i*) sumitur, non minus prohibitam esse nonnulli (*k*)
D putant;

Quasi traditio rei
immobilis pce
pignus hic
significatur.

Hypotheca a no-
mine alienatio-
nis libera-
tur.

(c) v. Borch. c 8. n. 46. Wesenb. c 11. n. 3. (d) l. 4.
C. d. evict. (e) Zaf. p. 9. n. 4. Vultej. c. 10. n. 52. d. feud.
(f) Perill. a Berg. Oecon. J. L. II. T. IV. §. XXX, n. 2. (g) 2.
f. 52. 2. f. 55. 2. f. 8. §. 2. (h) l. 1. l. 2. C. d. Praetorio pig.
l. 3. §. 1. d. rebus eorum & passim. (i) l. fin. C. de rebus
alien. (k) Sonsb. p. 12. n. 100. Vultej. c. 10. n. 43. & alii.

putant; sed aliud est pignus, aliud (*l*) hypotheca. Quemadmodum aliud est pactum de vendendo, aut permutando, aliud ipsa venditio, aut permutatio. Cum pignore translatio rei traditae conjuncta est. Hypotheca autem pactum de re postmodum tradenda involvit. Sed ubi translatio cum effectu non est, ibi non est alienatio. Translatio enim unicam discriminis rationem constituit. Constitutione hypothecae Vasallus feudum retinet ac aequo idoneus est servitiis obeundis, nec Dominus (*§. XXX.*) se contemni conqueri potest. Si autem Vasallus inops, vinculis hypothecae illigatus ad feudi distractionem perveniri patitur, tunc alienare censetur. Sed ex casuali dubioque alienationis eventu jucundum constitui non licet.

XXXVII.

Vasallus, qui in
collocanda filia
feudum in do-
tem dat, alien-
nat.

Feuda ad foeminas regulariter (XXIV. l. a.) non devolvuntur, nec dos profectitia secundum DD. communem sententiam ad patrem filiae mortuae revertitur, sed ejus liberis superstibus (*m*) relinquitur. Licetque liberis filiae defunctae non existentibus ad patrem remeat; hic tamen casus in collocanda matrimonioque jungenda filia pro certo non ponи potest. Ad haec omnes feudi in dotem datio, a patre facta, est (*n*) prohibita. Deinde pater, qui feudum in dotem dat, alienat, & jure suo excidere potest.

Foemina feudum
suum in dotem
dare potest.

2. Foemina in dotem, sed sine aestimatione, quae venditionis vice (*o*) fungitur, feudum suum (*p*) dare, seque per auxilium mariti ad servitia praestanda aptiorem reddere potest.

XXXVIII.

(*l*) v. Wurmb. d. feud. obs. 18. Hart. Hartm. d. feud. obs. 20. Rosenth. c. 9. concil. 15. Borch. c. 8. n. 60. (*m*) Perill. a Berg. Oec. J. L. I. tit. X. n. 2. (*n*) 2. f. 9. § donare. (*o*) l. 5. l. 10. C. d. Jur. dot. (*p*) 2. f. 13. conf. Myns. 4. obs. 86.

XXXVIII.

In Emphyteusi constituenda translatio utilis (*q*) dominii, quod ad liberos, nec ad haeredes alios nunquam (*r*) transmitti potest, procedere debet. Emphyteuseos ergo constitutio ad alienationem (*s*) pertinet, & Vasallus, qui eam committit, poenam amissionis feudi luet.

Feudum in Emphyteusi datum alienationem indicat.

XXXIX.

Uſusfructus constitutio, quia, quamdiu Uſusfructuarius vivit, durat, Vasallis permitta esse quibusdam (*t*) videtur, sed considerando, eum consistere in quasi (*u*) traditione, atque adeo ejus juris, quod Vasallus habet, alienatione, patet, Vasallum, qui feudum sine consensu Domini in formalem (*x*) uſumfructum dedit, alienatorem egisse. Num vero haec alienatio, que tam Uſusfructuarii, quam Vasalli morte tollitur, feudi privationis poena feriatur, dubitare licet.

Feudum in Uſusfructum datum pro alienatione censerri potest.

XL.

Locatio, quia non (*y*) mutat dominium, nec Vasallus locando contemnit Dominum, & merces ex locazione redacta aequipolleter ipsi fructui possessionis feudi, est (*z*) permitta, nec, ut nonnulli in contrariam (*a*) abeunt opinionem, si ad longum tempus locatio sit, (*b*) prohibita.

Locatio pro alienatione non habenda est.

D 2

XLI.

- (*q*) I. ult. C. de Jur. Emph. (*r*) v. not. Gothofr. ad c. I.
 (*s*) 2. f. 9. §. donare. conf. Nov. 7. & 120. Wurmbf. d.
 feud. obs. 13. Mynsing. 6. obs. 30. n. 1. Borch. c. 8. n. 17.
 (*t*) Roland. a Valle 2. conf. 59. Borch. cap. 8. num. 64.
 & seqq. (*u*) I. ult. ff. d. servit. I. 1. ff. de servit. praed. rust.
 I. 11. §. 1. ff. de Publ. act. (*x*) v. Struv. S. J. F. c. XII. aph. VII.
 n. 9. (*y*) I. 39. ff. loc. (*z*) all. I. 2. f. 9. §. donare. (*a*) Zaf.
 p. 9. n. 12. Clar. in §. feud. q. 33. n. 1. Sonsb. p. 12. n. 84. (*b*)
 Rittersh. par. feud. I. 2. c. 3. q. 36.

XL I.

In Vasallum, qui
fraudulentam
transactionem
init, animad-
veritur,

Transactio, quae propter admodum dubium litis e-
ventum fit, valida est, atque Vasallus, qui quandam pec-
uniae summam pro feudo, adversario, cesso, accepit,
jure proprio (*c*) retinet; si autem dolo transegerit; feu-
dum, de quo controversia exorta est, sed propter faci-
lem liquidationem in favorem Vasalli decidi poterat, in
fraudem (*d*) alienat, & beneficio pecuniaque carebit.

XL II.

Vasallus parte
feudi, quem
alienavit, &
pretio accepto
privatur.

Feudum ex partibus, in quas dividi potest, constat,
&, ut totum, omnibus partibus simul sumtis est (*e*) ae-
quale; non vero idem (*f*) manet, una parte abscissa.
Quamobrem, Vasallus, cui alienatione (*§. XXX.*) inter-
ditum est, partis alienationem non impune fert, sed hac
parte alienata & pretio, si quod datum est, (*g*) privatur;
quia quaelibet etiam pars abstractive considerata pro to-
to haberi potest. Quid? quod Vasallus, si alienatio in
partibus esset permissa; successiva alienatione feudum
ita extenuare posset, ut ferme nihil ei restaret.

2. Item, si Vasallus sine unius plurium Dominorum
consentientium consensu alienarit; hac parte, quae, si
divisio facta esset, illi obtigerit, (*h*) privatur.

XL III.

Eadem poena ob-
tinet uno plu-
rium Domini-
num con-
sentientium con-
feudo non ad-
hibito.

Inficiatio feudi
Vasallum pos-
sessione indi-
gnum reddit,

A feudo fides (*§. V.*) abesse nequit, Vasallus, qui
feudum, abnegat, quaerit se fidelitatis praestatione sub-
trahere, Dominique jus intervertere. Id quod ne fiat,
Vasallo ob fraudulentam inficiationem poena amissionis
feudi (*i*) praescripta est.

2. Quae

(*c*) 2. f. 26. §. si Vasallus, conf. Vinn. tract. de Trans.
c. 3. n. ult. (*d*) 2. f. 58 §. Callid. (*e*) Cel. Wolff. Germ.
Metaph. c. II. §. 15. (*f*) Idem Germ. Math. §. 27-28. Arith.
(*g*) 2. f. 38. (*h*) c. I. 2. f. 38. (*i*) 2. f. 26. §. Vasall. si feud.
2. f. 34. §. fin.

2. Quae poena in alienatione partis feudi (§. XLII.) obtinet, eadem in inficiatione partis (k) locum habet.

Parte feudi abnegata Vasallus privari potest.

3. In odium improborum hominum, qui depositum, tumultus incendii &c. causa (l) factum, idque, quod piis causis (m) legatum, abnegant, secundum Jus Civile condemnatio in duplum procedit & fidejussor fidejussionem (n) inficians beneficium divisionis amittit.

Inficiatio jure etiam Civili poena non vacat.

XLIV.

Ut feudum cum usufructu aliquatenus (o) convenient; ita nonnulli Feudatarium a feudo ob malam ejus trajectiōnē ac deteriorationē eodem modo, quo Usufructuarius ab usufructu, removeri posse, ex (p) lege male intellecta colligunt, sed usufructuarius, qui usufructu male utitur, secundum leges jure suo non privatur, quia Dominus directus cautione usufructuaria (q) securus est. Vasallus autem cautionem non praefstat; inde ne in maximum succedentium, qui ob deteriorationē feudi suis officiis non satisfacere possent, & Domini, cuius proprietatem ejusmodi Vasallus sibi vindicare conatur, detrimentum feudo abutatur, in inchoatione abusus (r) ter admoneri potest, si ad fruges non redeat, vel enormis laesio jam (s) adsit, feudo privari mereatur.

Propter deterioratiōnē Vasallus removeri potest.

D 3

XLV.

(k) all. t. 2. f. 26. §. Vas. si feud. (l) l. r. ff. depos. (m) §. fin. I. d. oblig. quae quasi ex contr. (n) l. 18. §. 1. ff. de fidej. conf. Borch. c. 8. n. 125. (o) 2. f. 23. in fin. (p) §. 3. l. de usufr. conf. Cel. Heinecc. in elem. J. C. sec. Pand. t. quib. mod. usufr. P. II. §. LXX. (q) l. 13. §. 2. ff. de usufr. l. 1. §. 4. usufr. quemadm. cav. (r) Borch. c. 8. n. 130. & ab eo cit. Aut. (s) Schenck Baro ad §. 7. quicunque advocat. 2. f. 27. Rosenth. c. 10. §. 84. 85.

Sequuntur diver-
ta alia delicta.

*libri D. uero
non solum
adversari*

Hactenus recensita delicta contra fidelitatem & do-
minium directum quam maxime impingunt. Sed cum
Vasallus (*t*) honestati studere debeat, sunt quaedam alia
delicta, quae quamvis nec principaliter, nec omnino fi-
delitatem non offendant, poenam amissionis feudi im-
portant.

XLVI.

Vasallus ob adul-
terium cum
uxore Domini
vivi commis-
sum a feudo
expelli potest,

*Si cum sponsa
Domini rem
habuerit, poe-
na amissionis
multandus est.*

Vasallus ab omni injuria Domino inferenda
(§. XXVII.) abstinere debet; magnam autem injuriam
Vasallus, qui Dominum cucurbitaverit, i. e. ejus uxori
sive volentem sive invitam adulterio commacula-
verit, eidem infligit, cum quo uxor est una (*u*) caro,
& injuria uxori illata, marito quoque illata, merito (*x*)
censetur, nec regula, injuria non sit volenti, hic obstat.
Muliere enim, adulterium sponte passa, non agente, fa-
cultas ulciscendi marito contumelja affecto non (*y*) adi-
mitur. Sed haec ultio, adulterio, vivo marito sive Do-
mino, commisso, tantummodo obtinet; quia mortuo ma-
rito mulier legibus matrimonialibus soluta, unoque car-
nis cessat, qua cessante, ultio quoque (*z*) cessat. At-
que adeo Vasallus, qui cum uxore Domini vivi concu-
buerit, poenam amissione feudi (*a*) pendere debet.

2. Quia nec matrimonium, nec ejus spem (*b*) vio-
lare licet, & inter sponsum sponsamque matrimonium in
actu primo adest, adulteriumque ad sponsam (*c*) exten-
di potest, Vasallum, qui cum sponsa Domini rem ha-
buerit,

(*t*) 2. f. 6. (*u*) c. 5. de Bigam. c. 8. de divort. Matth.
c. 19. v. 5. (*x*) §. 2. l. d. injur. l. 18. §. fin. ff. eod. (*y*) arg.
l. 1. §. 5. eod. conf. Curt. jun. p. 4. n. 20. Zaf. p. 10. n. 27.
(*z*) arg. l. 13. §. 2. ff. ad L. Jul. d. adult. (*a*) 1. f. 5. l. f. 21.
§. fin. (*b*) l. 13. §. 3. ad L. Jul. d. adult. (*c*) l. 7. C. eod.

buerit, feudo quoque privari posse non inique (*d*) cen-
setur.

3. Quia honor Domini a Vasallo, quoad ejus fieri
potest, conservari debet; Lex feudalis non tantum in
turpem Vasallum, cum uxore Domini, commixtionem
animadvertisit; sed in aliis quoque ejusdem generis casi-
bus, quibus Dominus injuria & contumelia afficitur;
nimis si Vasallus Domini vel Dominae filiae, nepti
ex filio, nuptiae filio, sorori Domini, quae in ejus domo
ataque in capillo est, i.e. innuptae (quia virgines promis-
tos crines ferebant, nec eos in nodos (*e*) retorquebant,
quod praesertim apud Longobardos nuptiarum erat) se
(*f*) immiscuerit, quin si cum uxore Domini turpiter
tantum (*g*) luserit per manuum in finum immisionem,
aut ad ejus pectus, vel alium locum, unde turpe esse
possit, poenam privationis feudi imponit.

Haec poena ad
alia illicita ex-
tenditur.

XLVII.

Quanquam in textu feudali Vasallum, qui rem cum
uxore Domini vivente (*b*) Domino habuerit, feudo exui-
legitur, nec mortuus amplius offendи potest. nec actiones
poenales, quas defunctus habuisset, transeunt (*i*)
ad haeredes, nec eae, quibus donator propter donatarii
ingratitudinem donationes revocari posset, haeredibus
(*k*) dantur; tamen, quoniam vidua, quamdiu ad secun-
das non migrarit, in priori matrimonio vivere censetur,
hono-

Opinio eorum,
qui Vasallum /
cum vidua Do-
mini fornicati-
um feudo
privari posse
statuunt, pro-
ficiuntur.

(*d*) Zaf. p. 10. n. 7. Rosenth. c. 10 concl. § 5. & ibi plur.
alleg. (*e*) Hottom. Lex. Feud. v. in capill. Du Fresne Gloss.
eod. l. (*f*) 1. f. 5. 2. f. 24. §. 2. (*g*) Hottom. in §. item si
fidelis. 1. f. 5. conf. Baro a Tautenberg in §. dict. l. 10. ff. ad
L. Aquil. (*b*) 1. f. 21. §. fin. & ibi Baldus. conf. Vultej c. 11.
n. 31. d. feud. (*i*) §. 1. 1. d. perp. & temp. act. l. 10. §. 2.
si quis caut. (*k*) 1. 7. l. ult. C. d. revoc. don.

honoremque, dignitatem, forum, domicilium privilegiaque mariti (^l) retinet; contra vero ad secunda vota transeundo defuncti memoriam (^m) offendit, quanto magis stuprum passa manes defuncti funeste tentat, atque adeo juxta nonnullorum (ⁿ) opinionem dotem, quae uxoris (^o) patrimonium est, perdit; Vasallum beneficio defuncti feudum habentem ex capite ingratitudinis de possessione dejici posse quidam (^p) arbitrantur.

*Haec opinio, si
filius successor
Domini est,
non rejicitur.*

2. Si filius patri, cuius vidua, materque successoris a Vasallo stuprum passa est, succedit; Vasallum, tali gravi delicto perpetrato, ulteriori feudi possessione indignum prorsus haberi posse, non temere inficiandum est; siquidem Dominus propter stuprum forori (§. XLVI. n. 3.) illatum Vasallo feudum admire potest; quanto magis is, qui se cum matre Domini flagitiosis libidinibus conspurcaverit, a filio matris feudo spoliari potest.

XLVIII.

*Vasallo propter
incepsum feu-
dum admiri-
potest.*

Eadem privatione condemnandus est Vasallus, qui obscoenas horrendasque cum matre, vel filia, vel forore, simili persona libidines exercuerit. Vasallus enim semper curare debet, ut tanquam honestus vir in curia Domini stare possit, sed ille, quem tam nefaria commixtione pollutum honestus quisque fugit averaturque, non potest in curia Domini stare, & quomodo Jure Civili

(l) I. 8. ff. de Senat. l. 22. §. 1. & .bi Bart. ad Municip. l. 3. & ibid. Bart. C. de privil. Schol. (m) l. 22. in v. Lex enim. C. d. administ. tut. l. 1. l. 6. C. de fec. nupt. Nov. XXII. c. 20. (n) Paul. de Castro conf. 121. Thoming. decis. 28. n. 2. Clar. in §. stup. n. 5. (o) l. 3. §. 5. ff. de min. (p) Matth. ab Afflict. in §. si quis miles l. f. 21. Rosenth. c. 10. concl. 5¹. Sonsb. p. 12a n. 6. Borch. c. 8. n. 96. Schrad. p. 9. c. 2. n. 5.

Civili omnium bonorum ademtione (*q*) dignus censemtur; sic Jure feudali a feudo (*r*) exterminari posse, ferme non dubitandum est.

XLIX.

Admodum crudelis leoninaque natura induitus est, qui malitioso modo bonis fratris inhians, in sanguinem ejus saevit, eumque e medio tollit, ut, nece fratris, ejus haereditatis potiri queat. Atque adeo Vasallo, ejusmodi detestabili scelere contaminato, qui in curia Domini amplius stare nequit, feudum (*s*) auferri potest.

2. Species parricidii in citato textu indicatur, sed ad parricidium sub comminatione amissionis feudi in genere prohibitum (*t*) trahi potest. Verba enim, si interficerit fratrem, ut totam haereditatem habeat; non restrictionis, sed magis dolosi culposique parricidii exempli gratia addita censerri possunt.

L.

Dominus & Vasallus communii fidei vinculo sunt (*u*) conjuncti, atque adeo Dominus (*x*) conjux Vasalli appellatur. Qui ergo Vasallum Domini injuria damnoque afficit, ipsum Dominum lacefere censetur. Vasallus autem Convasallo, quem tradit, seu prodit, magnum malum, Dominoq; magnam injuriam, a qua (§. XXVII.) abstinere debet, infert. Idcirco Vasallo proditori seu traditori convasalli, feudum (*y*) eripi potest.

E LI. Va-

Vasallus, qui fratre suum interfecit, poena amissionis feudi feritur.

Ampliatio.

Vasallus, qui con vasallum tradit feudum amittit.

(*q*) Auth. incest. nupt. C. d. incest. nupt. Nov. 12. c. 1.
 (*r*) arg. 2. f. 56. 2. f. 24. sed quia natura conf. Hartm. Pist. sing.
 obf. 189. n. 48. Wefenb. d. feud. c. 16. n. 52. (*s*) 2. f. 37. add.
 l. 134. §. 1. de R. J. (*t*) arg. 1. f. 5. §. item si fratrem 2. f. 24.
 §. denique. Struv. S. J. F. c. XV. aph. 10. n. 1. (*u*) 2. f. 26.
 §. Domino 2. f. 47. (*x*) 2. f. 58. (*y*) 2. f. 37. trad. hom.
 five Vasall. add. cit. Aut. c. XV. aph. 10. n. 2.

L I.

Propter crimen
laesae majestatis,
cujus Vasallus reus est,
feudum Domino
aperitur.

Hoc crimen &
poena exten-
duntur.

Disquiritur, num
ex causis ex-
haeredationis,
donationis re-
vocationis, ma-
trimonique
dissolutione,
ad causas amis-
tonis feudi
semper conclu-
di possit.

Vasallus Domino contra Imperatorem vel Regem tanquam Dominum supremum (§. XVI.) non assistere debet, sive vero immediate, sive mediate contra Imperatorem vel Regem agit, est reus criminis laesae majestatis. Ob hoc autem crimen bona fisco (z) addicuntur; nec adeo immerito, ut allodialia bona superiori Domino sive fisco, ita feuda Domino immediato (a) obvenient: id quod (b) Capitulationibus Caesareis praecipue Statibus Imperii provisum est.

2. Crimen laesae majestatis contra Electores Imperii, qui membra Caesarei Majestatici corporis sunt (c) commissum, & pacis (d) publicae violatio, huc referri potest.

L II.

Quamvis, indole naturaque rerum peculiariter probe perspecta, plures in legibus factae sint determinationes; effici tamen non potuit, ut omnes singulaeque causae, quae in vita humana contingere possint, lege speciali definirentur. Atque adeo plurima negotia, Judicis, qui eorum naturam, & quid rationi & legibus ratiocinio instituto conveniat, aestimare debeat, prudentiae relista sunt. Nec aliter in nostro Jure feudali comparatum est. Multae causae, propter quas Vasalli feudo cadere possint,

ibi

(z) 15. C. ad L. Jul. maj. Nov. 134. c. ult. 2. f. 56. Nem. Carol. art. 218. (a) v. Schrad. p. 9. c. 8. n. 18. Rosenthal. c. 35. Vult. c. 11 n. 17. (b) in aliis cap. & Car. VI. Imp. Aug. art. 21. Wir gereden und versprechen auch, daß wir Thürfürsten, Fürsten und Stände des Reichs. (c) Aur. Bull. t. 24. (d) P. P. A. 1594. Worm. & 1548. Aug. Vind. sub tit. die Poen der Frieds- brecher, und die Lehen, so viel der Überfahrer gebraucht, dem Lehnsherrn versassen seyn, &c. (e) l. 10. ff. d. II.

ibi leguntur, sed tamen non omnes legitimo modo (f) determinatae sunt. Multi quidem Feudistae, multas causas ex eis, quibus filius (g) exhaereditari, donatio (h) revocari, matrimonium Jure Civili (i) dissolvi possit (k) petitas esse, legentes, (l) statuunt, easdem causas, quibus filiorum exhaeredatio, donationis revocatio, matrimonii dissolutio procedat, in feudi privatione insurgere. Sed num illorum opinio recipienda sit, optimo jure dubitare licet. Verum enim vero allegata verba tantum ostendunt, causas privationis feudi recentias aequitati juris non tantum naturalis, verum etiam civilis respondere, & quandam cum causis exhaerationis, donationis revocationis, matrimonique dissolutione convenientiam habere, nec autem ansam ex illis ad causas privationis feudi semper concludendi suppeditare. Siquidem adulterium est causa, quae divortium operetur; propter adulterium vero vel stuprum, cum uxore Domini, aliisque foeminis, eum consanguinitate vel affinitate (§. XLVI. n. 1. & 3.) attingentibus, non commissum, nec cum incestu (§. XLVIII.) coniunctum, propterque homicidium nisi in propinquum sanguinem (§. XLIX. n. 1. & 2.) perpetratum, etiamsi Vasallus fratre Domini (m) interficerit, feudum non amittitur.

LIII.

Quae nunc enumeravimus, sunt delicta, amissiones feudi regulariter expianda. Nemo autem, cum (§. III.) diximus, nos recta propriaque feuda intelligere, feudum emititum a natura feudorum plane recedere, neque, ut

E 2 alia,

Sequuntur quae-
dam annota-
tiones. Feudum
emititum rectis
feudis accense-
tur.

(f) 2. f. 23. (g) Nov. 115. c. 3. (h) l. ult. C. de rev. don. (i) l. 8. C. de repud. (k) 2. f. 24. v. praed. mod. (l) v. Borch. c. 8. n. 132. Rosenth. c. 10. n. 5. (m) 2. f. 57.

alia , amitti posse arbitretur . Quanquam enim pleraque ferme feuda pecunia hodie comparantur , vel comparata possidentur ; communem tamen feudi naturam retinent , propriisque feudis (n) accensentur . Interveniente enim pecunia non definit esse Beneficium , a quo feuda (o) profiscuntur , nec omne beneficium est prouersus (p) gratuitum , ac venditio donationis causa (q) fieri potest , praesertim ubi benevolentia preeponderat , & Domini feuda , ut recta feuda cedunt .

LIV.

Quando Universitas , tanquam Vasallus confiderata , reno- vationem in- vestiturae Pe- tere debet .

Si feudum universitas tenet , non quidem ea mutatio , quae alias (§. VIII.) in Vasallo obtinet , contingere potest , quia universitas immortalitatis imaginem prae se (r) fert ; tamen , ut quasi mutatio in Vasallo contigisse videatur , certus annorum numerus nonnunquam (s) ponni solet , quibus elapsis renovatio investiturae peti debet .

LV.

Propter renova- tionem investi- turae , legitimo tempore , non petita , Vasal- lus non semper puniatur .

Quanquam omissione renovationis investiturae intra annum & diem non petitae Jure feudali poena amissionis feudi (§. XIII.) coercetur ; non raro tamen (t) observatur , Vasallum ob renovationem investiturae neglectam non feudo privari , sed , culpa condonata , aliam poenam sustinere debere .

LVI. Va-

(n) arg. 2. f. 12. v. quod si. add. Zaf. epit. feud. p. 12. n. 19. Mynsinger. 1. obsf. 73. Schrad. p. 2. c. 4. n. 55. 73. Hart. Pfst. I. 2. q. 34. n. 8. & 38. 47. Cuj. 1. feud. I. §. not. Rosenth. c. 2. §. 36. Bocer. d. qual. & diff. feud. c. 5. n. 36. (o) 2. f. 23. (p) I. 3. §. fin. ff. d. obsf. parent. (q) I. 38. ff. d. contrah. emt. (r) I. 76. d. jud. I. 16. d. usufr. I. 6. d. ann. leg. (s) Hart. 2. pract. obsf. 14. (t) Andr. d' Ifern. ad I. f. 22. Matt. de Affl. in §. praeterea si quis 2. f. 55. Vultej. I. 1. de feud. c. 4. n. 24.

LVI.

Vassallum, Domino suo bellum alteri non sine justa causa inferenti, servitia militaria (§. XIV. & seqq.) praestare oportet. Id quod in bello, contra exterum gerendo, obtinere potest. Cum autem Dominus, Germanico Imperio subiectus, bello alium in ejusdem complexione comprehensum infestet: licet justam causam (*u*) habeat saluberrimam pacis publicae constitutionem violat atque in sua causa culpa reum se reddit. Post ~~xvi~~ ^{admodum} enim abolitionem omnes controversiae competenti judicio decidendae (*x*) tradi debent. Hinc mihi persuasum est, in ejusmodi belli illatione, Vassallorum servitia militaria, quamdiu haec constitutio durat, non praesto esse debere.

Si Dominus Germanico Imperio subiectus alii ad idem Imperium pertinenti bellum infert, Vassallus servitia recusat, re potest,

LVII.

Si servitia militaria cessant, & feuda vel de bonis emphyteuticis vel censiticis participant, ut loco servitiorum certa quotannis vel quodam annorum spatio pensio (*y*) praestari debeat, Multi, pensio servitiis aequiparata si statuto conventoque tempore non solvatur, feudum Domino committi existimant.

Pensio loco servitorum iusto tempore solvi debet.

LVIII.

Cum Imperatorem vel Regem, contra quem nulla auxilia praestanda sunt, speciatim (§. XVI. L.) eximant Leges; Doctrina, quae variis Theologorum & JCtorum sententiis, Jurisque Publici dogmatibus (*z*) suffulta, in quibusdam causis libertatem contra Imperatorem, cuius

Doctrina de bello contra Imperatorem in quibusdam causis gerendo circumstata esse debet,

E 3

Maje-

(*u*) v. Kemmerich. Intr. ad J. P. L. II. c. V. §. 12. (*x*) conf. R. I. 1548. §. 17. & seq. add. Nostr. Imp. Aug. Capit. §. XVI. Wir wollen die Justiz. (*y*) v. Zaf. in epit. feud. p. 22. n. 32. Borch. c. 4. n. 35. (*z*) v. Hordl. T. II. L. 1. §. 2. Seckend. H. L. II. §. 48. & 55. L. III. §. 32. Goldast. in Polit. Imp. p. 29.

Majestas sancta atque inviolabilis esse debet, arma gerendi, Vasallis non sublatam esse vult, ad cautum, circumspectumque examen revocanda est.

LIX.

Propter raram
Dominorum
excommunicati-
onem Vasalli
servitii raro
solvantur.

Vasallus, Domino anathematis vinculo innodato, a servitiis liber (§. XVI.) redditur; sed quia non parva pars Ecclesiae Romanae obsequio se subtraxit, atque etiam ii, qui Sedi Romanae adhuc obtemperant, Summis Pontificibus temporis rationem habentibus, excommunicatione perraro feriuntur, nisi gravissimae causae circumstantiae que fulmen requirunt; Vasalli eo nomine immunitatem a servitiis, ratione religionis, vel neutiquam vel rarissime consequuntur.

L X.

Propter negle-
ctum Domini
in alienatione
confessum Va-
sallus saepe non
punitur.

Alienatio sub feudi amissionis comminatione (§. XXX, XXXII.) est prohibita; sed tamen saepe animadvertisit feudi privationem, neglecto in feudi alienatione Domini confessu, non semper (a) procedere.

L XI.

Conclusio.
Haec sunt, quae de hac materia impraesentiarum vi-
sum fuit edifferere. Multa vero & varia quidem adhuc
inseri potuissent; sed quibusdam rationibus forsan su-
udentibus, prolixiorum accuratioremque tractationem
alio tempore suscipiam. Interea vero B. L. ut supra ro-
gavi, si quaeram a me dictataue meliori cognitioni non
congruere deprehenderis, non rigorosum, adhuc
peto, censorem Te geras, sed conatibus
meis faveas.

COROL.

(a) v. Zaf. p. 9. n. 22. Curt. Jun. conf. 158. n. 2. Klock.
d. contr. c. 8 n. 78 Hart. Pift. obf. 230. n. 9. add. Carpz. l. 5.
respns. 51. n. 1. & seqq.

COROLLARIA

ut vulgo appellantur.

I.

In proprio parricidio non transigere licet.

II.

Remedium l. 2. C. de resc. vend. non solum venditori, sed etiam emtori compedit.

III.

Vsurae sunt licitae.

IV.

Filius familias SCto Macedoniano non renuntiare potest.



COROLLARIA

in aliis operibus

I.

in libro primo pars prima non habet quae pess.

II.

Reservatum est C. de Reg. Acad. non lo-
cum. Secundum et tertium enim certe
non continetur, sed certe continetur
postea.


III.

Naturae sunt priores.

IV.

Imaginem scilicet Macromonum non ha-
bitur nisi postea.





Altdorf, Diss., 1732-34

ULB Halle
005 844 55X

3



W 28 kat 12





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

1734, 3a
18
Q. D. B. V.
TATIO IN AVGURALIS IVRIDICA
DE
**SALLORVM
DELICTIS
SIONEM FEVDORVM
NGERENTIBVS**
QVAM
AVTHORITATE ET CONSENSV
MAGNIFICI
TORVM ORDINIS
IN
TA ACADEMIA ALTORFINA
RO LICENTIA
AS IN VTROQVE IVRE
ATES PRIVILEGIAQVE LEGITIME
CAPESSENDI
CAE ET SOLEMNI DISQVISITIONI
EXPONET
GIVS CONRADVS SCHVLER
NORIMBERGENSIS
D.
IVLII ANNO MDCCXXXIV.
—
ERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.

